

*intelligentia excellens (est) meditatio (vel objectum meditationis) cordis mei.* Ita R. Salomo. Durius est, quod alii repetunt verbum (*loquetur*;) hoc namque non adeo quadrat ad meditationem cordis. Nomen autem hocce, quod à חַכְמָה *intelligere* descendit, utcunque ab interpretibus discriminetur à חַכְמָה *sapientia*, nondum tamen certum ejusmodi discriminis fundamentum potuit proponi, quin potius ceu synonyma invicem permutantur, prout constabit è *Prov.* II, 6. III, 13. X. 23. *Job.* XII, 12. &c. Sufficiat, exaggerandi causâ duo hæc synonyma per *Congeriem* conjungi. Iterum pluralis exaggerat: unde Junius & Piscator: *multiplicem prudentiam.*

## EXPLICATIO VERSUS V.

**אֶמְצָא** *inclinabo aurem meam*: ) h. e. informationem Spiritûs Sancti, intus me erudientis, 2. Sam. XXIII, 2. excipiam devotè ac diligenter, antequam ad alios loquar, prius audiam ipse, ut unâ cum aliis docear & ego: juxta illud: *quodque parum novit, nemo docere potest.* Phrasis hæc attentionem exprimit, ubi diligentius auscultari solent ad os loquentis propius arrectare aures, ne aliquod iis excidat aut præterlabatur, verbum; ut *Psal.* XVII, 6. xxxi, 3. &c. Hic autem non externas corporis, sed internas mentis intelligi debere aures, facile docet materiæ præsentis conditio. (Lutherus olim: *ich will mein Ohr zum Spruch neigen*: postea: *wir wollen einen guten Spruch hören.*) Melius namque hoc quadrat, quam si dicamus, Davidem aures inclinaturum ad proprium à se cantandum hymnum, vel ipsum esse auditurum alios, carmen hoc suum cantaturos, ubi ipsemet interea ludat in citharâ.

**אֶמְצָא** *ad parabolam*: ) vel grandem, rotundè tamen ac scitè propositam, materiam; vide *Psal.* XLIV, 15.

**אֶפְתָּח** *aperiam*: ) i. e. palàm eloquendo ac præcinendo communicabo hoc meum carmen etiam aliis. Opponitur hæc *apertio* invidiosæ inventi alicujus thesauri occultationi, quando vel planè reticemus, vel verbis planè obscuris adeo rem involvimus, ut nemini patere queat, ejus sensus. Sic de apertione thesauri verbum hoc usurpatur *Deut.* XXVIII, 12. *Jer.* L, 25. de apertione horreorum occlusorum, *Gen.* XLI, 56. de apertione libri, *Neb.* VIII, 5. de apertione vel venditione frumenti, *Amos.* VIII, 5. Similis itaque aperta communicatio mentis vel sensuum animi pretiosorum etiam h. l. designatur. Difficilius namque est, statuere ellipsin nominis פִּי *os meum*, cum hac ratione bini Accusativi (os & ænigma) tribuerentur uni verbò פָּתַח *Aperuit*. hinc diversa planè constructio est *Psal.* LXXVIII, 2. אֶפְתָּח בְּמִשְׁלַי פִּי אֶמְצָא חֵירוֹת *aperiam in parabolâ os meum, eloquar ænigmata.* Lutherus h. l. und ein fein Gedicht auf der Harffen spielen. Olim: und auff der Harffen meine Räsel fürlegen. Belgæ: *Ïet sal myn verborgen Neden openen op de Harpe.* Moguntina: und will meinen verborgenen Spruch aus der Harffe entdecken.

**אֶבְצֵר** *in vel cum cithara*: ) i. e. adhibebo majoris spirituum commotionis gaudique spiritualis concitandi causâ, etiam musicam instrumentalem, carmen hoc adaptabo numeris musicis, &c: De voce בָּצַר *Pf.* xxxiii, 2.

**אֶמְצָא** *ænigma meum*: ) חֵירוֹת est propriè

A sermo involutus ac nodosus, quali plerumque sapientes suam solent obvelare sententiam, ne eadem nimium patefcens, protrita tandem fiat ac vilescat. Cujusmodi erat illud ænigma Simsonis *Judic.* XIV, 12. seq. Reginæ Australis, 1. *Reg.* X, 1. Ezechielis de aquilâ, *Ezech.* XVII, 2. populi de prædone *Hab.* II, 6. Non verò tam stricte semper accipitur sensuque rethoricò, sed quandoque aliis etiam accommodatur sententiis historicis, que sacris prudenter ac concinnè prolatis, ubi non tam respectus habetur ad obscuritatem, quam ad gravitatem; ceu *Prov.* I, 6. *Pf.* LXXVIII, 2. & h. l. Confer porro *Glass.* I. 5. *philol.* pag. 506. & *Scalig.* I. 1. *poët.* cap. 57. & I. 3. c. 84.

## EXPLICATIO VERSUS VI.

**לִמָּה** *quare timebo*: ) incipit hic ipsa propositio, istamque sequens thematis tractatio, *videlicet non esse timendum*; proponitur verò per modum interrogationis, ad exprimendam pi omnimodam fiduciam, ut qui nullam omnino timendi causam videat. Nam לִמָּה alias interrogat de causâ affirmativè proindeque æquipollet categoricæ neganti: *quam ob causam timerem?* B h. e. nulla causa adest timendi. Sic *Psal.* XXVII, 1. à quo timebo, &c.

**בְּיָמַי** *in diebus mali vel infortunii*: ) i. e. tempore calamitoso vel infausto. Substantivum namque posteriùs יָמַי *malum*, adjectivum habet sensum, sumiturq; pro malo injucundo vel pœnæ, i. e. pro infortunio, ceu supra *Psal.* X, 7. xxxiv, 20. *Cob.* I, 13. II, 21. V, 12. ut & *xxix* *Matth.* VI, 34. Posses etiam in genere Masculinò exponere, *malus*, i. e. impius, adversarius; quem statim appellat *oppressorem*: adeoque *dies mali hominis* essent, quando licentia datur ipsorum perverfitati, quando repagulum quasi divinæ protectionis paulisper retrahitur ad probationem piorum, &c. Denique יָמַי *dies*, synecdochicè lumuntur pro tempore quocunque, etiam si non sint dies, sed septimana, menses, imò anni.

**עוֹן** (quando *iniquitas*: ) ellipsis hic est adverbii temporis כִּי vel כִּשְׁמֵרָה *quando*, quam supplet Lutherus: wenn mich die Missethat &c. C Deinde עוֹן *iniquitas* (ab) עוֹן *curvus, perversus suus*, ) ponitur h. l. non tam pro pravitate congenitâ, quomodo alias hoc nomen peccato originali solet tribui *Psal.* LI, 7. &c. (vide Höpfer. in *Psal.* xxxii, 1b. 2. & 9. §. 10.) quam pro pravitate acquisitâ, quando contra conscientiam persequitur quis innocentem technis fraudibusque, aut etiam violentiis apertis variis. Et si idiotismum huc illum referas, quò substantivum prius pro ratione materiæ vices gerit adjectivi, sensus emerget iste: *iniquitas oppressorum circumdat me*, i. e. iniquissimi mei oppressores me ambiunt: ceu *Pf.* V, 8. multitudo gratiæ; *Pf.* XIV, 7. captivitas populi; *Psal.* xxii, 6. longitudo dierum &c.

**עַקְבֵי** *supplantatorum meorum*: ) qui instar ferocientium equorum contra me suos elevant calcaneos, conati iisdem me penitus concutere aut conquassare, Nomen עַקְבֵי alias designat *calcaneum*, seu posteriorem imi pedis partem, quam tenebat Jacob *Gen.* xxv, 26. quæ laqueò implicatur, *Job.* xviii, 9. *Psal.* LVI, 7. quæ laqueò tratur, *Psal.* XLI, 10. quæ sauciatur à serpente, *Genes.* III, 15. XLIX, 17. hinc figuratè de infidiis, Jos.

809  
 79. VIII, 13.  
 de tempor  
 co videtur  
 men verbi  
 XII, 3. Jerem  
 עָרַב *repen*  
 crescens,  
 עָרַב *suppl*  
 describun  
 therus: me  
 meorum. Pi  
 cumdat me:  
 pro iniquit  
 & gressum  
 num ut suis  
 Coccejus:  
 circumdat.  
 meorum circu  
 ita me urge  
 quando qua  
 est, quod metu  
 ne circumdabi  
 lum venturu  
 iniquitatibus  
 vilipendebat  
 gr; als De Or  
 gen my omir  
 und Hofheit  
 verigen/und  
 denqstalt fast  
 mus nos in n  
 quentia, עָרַב  
 aliud respicer  
 salutes vel sup  
 עָרַב *circu*  
 evadendi rim  
 EXPI  
 עָרַב *qu*  
 quæsum (עָרַב)  
 avum, qui; pa  
 curv, 13. עָרַב  
 in, talem des  
 coa immitur  
 lisme, salube  
 hinc vel mali,  
 sedentia. Hic  
 tunc pro tali  
 colligitur fidu  
 quod umbrati  
 nescit.  
 עָרַב *viribi*  
 est, complecte  
 antecellimus a  
 corporis, ceu  
 I, 2. Obad. ver  
 sensu etiam hi  
 subjungantur  
 haberi respectu  
 cur hocce imp  
 posteris.  
 עָרַב *in*  
 malis divitiis  
 am, pro oppre  
 עָרַב *glor*  
 Deo suis ex  
 Hithpael est  
 nam sortem